

10
THEODATUS HIPATUS
DUX IV.

Electus Anno 724. secedit Anno 755.

LEMMA PRISCVM.

Vigili in Republica Domi, & foris tuenda oculi mihi per fraudem erati.

IIII



Theodatus Vrsi Principis filius, non hæres Principatus, liberis assumptus suffragiis, circumscriptis Heracleæ finibus cum Aistulfo Longobardorum Rege, in ostio Athesis Brundulam excitavit arcem, vallavitque aggeribus, præsentia sua artifices urgens, ut opus absoluerent. Hanc occasionem nactus Galla Mathamaucenus, iniecta in populo tyrannidis suspicione, parridas manus in Ducem intulit; quem dignitate, oculisque orbatum relegant. Ipse autem quasi restituta libertatis vindex Princeps assumitur.

Sabellicus. Petrus Iustin. Sansovinus, Marcellus.